Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

recordatus est abrahe et liberavit
loth de subversione urbium in quibus ha-
bitaverat Ascenditque loth de segor
et mansit in monte Duae quoque filiae eius
cum eo Timuerat enim manere in
segor et mansit in spelunca ipse et
duae filiae eius Dixitque maior
ad minorem Pater noster senex est et
nullus virorum remansit in terra qui
possit ingredi ad nos iuxta morem
universe terre Veni inebriemus eum
vino dormiamusque cum eo ut servare
possimus ex patre nostro semen Dederunt
itaque patri suo bibere vinum nocte
illa et ingressa est maior dormivit-
que cum patre at ille non sensit nec
quando accubuit filia nec quando surrexit
Altera quoque die dixit maior ad mino-
rem Ecce dormivi heri cum patre meo
Demus ei bibere vinum etiam hac nocte
et dormies cum eo ut salvemus se-
men de patre nostro Dederunt et illa
nocte patri vinum Ingressaque filia
minor dormivit cum eo Et nec
tunc sensit quando concubuerit vel
quando illa surrexit Conceperunt
ergo duae filiae loth de patre suo Peperit-
que maior filium et vocavit nomen
eius moab Ipse est pater moabitarum
usque in presentem diem Minor peperit
quoque filium et vocavit nomen eius
amon id est filius populi mei Ipse est
pater amonitarum usque hodie XX. Cap

Profectus inde abraham in
terram australem habitavit
que inter cades et sur et pere-
grinatus est in geraris Dixitque
de sara uxore sua Soror mea
est Misit ergo abymelech rex
gerare et tulit eam Venit autem

Abraham venit ad regem abymelech in geraris

deus ad abymelech per sompnium nocte
et ait illi En morieris propter mulierem
quam tulisti habet enim virum Aby-
melech vero non tetigerat eam et ait
Domine num gentem ignorantem et
iustam interficies Nonne ipse dixit
mihi soror mea est et ipsa ait frater meus
est In simplicitate cordis mei et
munditia manuum mearum feci hoc
Dixitque ad eum deus Et ego scio
quod simplici corde feceris et ideo custo-
divi te ne peccares et non dimisi
ut tangeres eam Nunc igitur redde
viro uxorem suam quia propheta est
et orabit pro te et vives Si autem
nolueris reddere scito quod morte morieris tu
et omnia que tua sunt Statimque de
nocte consurgens abymelech vo-
cavit omnes servos suos et locutus
est universa verba hec in auribus eorum
Timueruntque omnes viri valde Vo-
cavit autem abymelech et abraham
et dixit ei Quid fecisti nobis
Quid peccavimus in te quia induxisti
super me et super regnum meum peccatum
grande Que non debuisti facere
fecisti nobis Rursumque expostu-
lans ait Quid vidisti ut hoc
faceres Respondit abraham Cogi-
tavi mecum dicens Forsitan non
est timor dei in loco isto et interficient
me propter uxorem meam Alias autem
et vere soror mea est filia patris mei
et non filia matris mee et duxi
eam uxorem Postquam autem eduxit
me deus de domo patris mei dixi
ad eam Hanc misericordiam facies mecum
In omni loco ad quem ingrediemur di-
ces quod frater tuus sim Tulit igitur
abymelech oves et boves et servos
et ancillas et dedit abrahe reddidit-
que illi saram uxorem suam et ait